

Nel giudizio celebrato alla presenza dell'imperatore Otto, Petrus abate del monastero di Santa Fiora e Sant'Andrea, posto *in comitatu aretino*, insieme con il giudice Atripertus, avvocato dell'abbazia, ottengono dal marchese Obertus, conte di palazzo, la conferma dei beni posseduti nel luogo di Monzione e nella terra Barbaritana e Martinense a seguito della dichiarazione fatta da Vualcherius del fu Vualcheri e da suo figlio Vualcherius.

Originale.

Archivio Capitolare di Arezzo, Carte di SS. Fiora e Lucilla, n. 13 [A]*.

Edizione: Manaresi, II, n. 156

+ Dum in Dei nomine locus nuncupante prope Monte Vultrario² quod est infra comitatu Voloterense, ubi domnus Hotto imperator augustus preerat, intus casa Petroni eiusdem sancte Voloterense ecclesie episcopus per eius data licencia in iudicio resideret Hotbertus³ marchio et comes palatii singulorum ominum iusticias faciendas ac deliberandas, resedentibus cum eo Ubertus Parmensis, Everardus Aretinensis, Zenovius Fesolensis, Sichelmus Florentinensis sanctarum Dei ecclesiarum venerabilibus episcopis, Rodulfus Florentinensis⁴, item Rodulfus Voloterensis⁵, Petrus comitibus, Teopaldus, Giseprandus, Elmingus, Andreas⁶, Lambertus iudices domni imperatoris⁷, Mainardus⁸, Ildeprandus, Urso et Griffio filio eius, Sigifredus de Naxano, Tato, Gisefredus filio Lamberti, Grausulfus archidiaconus, Franco, Petrus qui et Rolando, Rainerius et Gariardus germanis et reliqui plures. Ibique eorum veniens presencia Petrus abas ecclesia monesterio beate sancte Flore et sancti Andree⁹ sita eodem comitatu^a Aretino una cum Atripertus iudex eius et ipsius abacie avocatus, nec non et ex alia parte Vualcherius filio bone memorie item Vualcherii¹⁰ una cum Vualcherius filio suo altercapciones inter se abentes, et retulerunt ipse Petrus abas una cum suprascripto Atripertus iudex eius et ipsius monesterii advocatus: "Abemus et detinemus ad proprietate ipsius monesterii beate sancte Flore et sancti Andree ad proprietate casis et rebus illis iuris ipsius monesterii, quibus sunt positus in locas et fundas nuncupante Montione et terra Barbaritana et Martinense et, quod plus est, querimus ut dicat nobis iste Vualcherius et item Vualcherius pater et filio, qui ic ad presens sunt, si casis et omnibus rebus ipsis cum omnibus eorum pertinenciis a pars ipsius monesterii cuntendere aut contradicere querunt, vel si ipsius monesterii legibus propriis esse debent, a non". Cum ipse Petrus abas et ipse Atripertus iudex eius et ipsius monesterii advocatus taliter retulissent, sic ipsi Vualcherius et item Vualcherius pater et filio dixerunt et professi sunt: "Vere casis et rebus illis quibus sunt poxitis in locas et fundas numcupante Montione et terra Barbaritana seu et Martinense, vobis a parte suprascripto monesterio nun contradicimus nec contradicere querimus, quia nec legibus possumus, eo quod parti ipsius monesterii legibus esse debent et nobis nihil pertinent ad abendum nec requirendum nec pertinere debet cum lege". Is actis et manifestacio ut supra facta, rectum eorum omnibus corum supra iudicum et auditoribus paruit esse et iudicaverunt ut iusta eorum altercapcione et eorum Vualcherii et item Vualcherii pater et filio professione et manifestacione ipse Petrus abas et Atripertus eius et ipsius monesterii advocatus predictis casis et rebus in locas et fundas Montione et terra Barbaritana et Martinense parti ipsius monesterii ad proprietatem abere et detinere deberet, et ipse Vualcherius et item Vualcherius pater et filio manerent exinde omni tempore taciti et cuntenti. Et in eo modo finita est causa. Et hanc noticia pro securitate suprascripto

monesterio fieri iussimus. Quidem et ego Rufinus notarius domni imperatoris et iusione suprascripto comiti palatii seu iudicum admonicionem scripsi. Anno imperii domni Hottoni gracia Dei imperator augustus et item Hotto filio eius gracia Dei rex Deo propicio sesto, duodecimo die mensis iunii, indictione decima.

+ Otbertus comes palatii subscripsi.

+ Hubertus episcopus et missus subscripsit.

+ Sichelmus episcopus sancte Florentine aecclesiae interf[ui].

Signum + manibus suprascriptorum Rodulfi et Petri comitibus, qui interfuerunt.

+ Everardus episcopus interfui et subscripsi.

+ Zenobius episcopus interfui subscripsi.

(C) Hliuto¹¹ episcopus interfui.

(S) Teutpaldus iudex domni imperatoris interfui.

(S) Helmingus iudex domni imperatoris interfui.

(S) Lambertus notarius et scabino interfui.

(S) Giseprandus iudex domni imperatoris interfui.

¹ Su questo placito Delumeau 1978, p. 572 e p. 591; Delumeau 2003, pp. 152-155 e Nobili 2006b, pp. 233-235.

* La revisione della trascrizione è stata condotta sulla base del confronto sulla pergamena originale conservata nell'Archivio Diocesano di Arezzo; per esigenze di uniformità interne al progetto, si è scelto di riportare in nota, come per le altre precedenti trascrizioni, le varianti di Manaresi.

² Località Palagione, Volterra.

³ Per il ruolo di Oberto nei placiti di questo periodo Nobili 2006, p. 142. Su questo placito si veda anche Puglia 2002, pp. 724 e ss. Per quel che riguarda la sua attività giudiziaria in Toscana, presiede anche il placito Manaresi, n. 152 (964 agosto 9), non incluso in questo *corpus*, nonostante fosse celebrato nella città di Lucca, perché non riguarda destinatari toscani, e Manaresi n. 168 (970 novembre 3).

⁴ Questa è la prima volta, nell'epoca di Ottone, in cui la documentazione toscana fa esplicito riferimento alla zona di esercizio della carica comitale da parte dei personaggi citati: Puglia 2002, p. 725. Unica menzione di questo personaggio nella documentazione, Puglia 2002, p. 730. Si veda anche Fumagalli 1973, p. 203.

⁵ Per una sua identificazione Ceccarelli Lemut 1995, pp. 53-54. Si veda anche Fumagalli 1973, p. 203.

⁶ Per una identificazione di questo personaggio v. Placiti Veneti n. 8 nota 9 (972 luglio 4).

⁷ Su questo gruppo di *iudices* Radding 2013, pp. 238 e ss.

⁸ Delumeau segnala la possibilità di identificare questo Mainardo con un Mainardo *filio bone memorie Walkari*, Delumeau 1996, p. 446, che compare anche in altri placiti presieduti da Oberto, come Manaresi, II, n. 168 (970 novembre 3).

⁹ Oltre a questa disputa, il monastero delle sante Fiora e Lucilla fu protagonista di altri giudizi nell'ultimo quarto del X secolo: Manaresi, II, n. 168 (970 novembre 3); Pasqui n. 76 (aprile 977); Pasqui n. 78 (maggio 994) e Manaresi, II, n. 227 (maggio 996). Per la storia del monastero e per le liti mantenute con i membri dell'élite sociale aretina v. Tabacco 1970, pp. 57-87 e Delumeau 1996, pp. 641 e ss.

^a In Manaresi "comitati".

¹⁰ Walcherio III, membro dell'eminente gruppo familiare dei *Walkerii*, radicati nel Valdarno e nella Vadichiana settentrionale. Molto probabilmente Walcherio è fratello del Mainardo che compare in questo stesso placito, vid. nota 5). Fin dagli ultimi decenni dell'XI secolo furono incaricati dell'ufficio vicecomitale di Arezzo, Delumeau 2003, pp. 151-171. Per la storia del monastero delle Sante Fiora e Lucilla e le liti tra questo e la famiglia dei *Walcherii* Tabacco 1970, pp. 69 e ss. e Delumeau 1996, pp. 641 e ss (con genealogia della famiglia in Delumeau 2006, II, pp. 1422-23). Contrasti che iniziarono con le donazioni di Ugo e Lotario in favore del monastero di terre e beni posti in località situate nelle vicinanze degli interessi patrimoniali della famiglia. Il conflitto sarebbe continuato, tra placiti e rinunce, per tutto l'XI secolo, Delumeau 1985, p. 104. Nelle carte relative a queste dispute della seconda metà del secolo X, i membri di questa famiglia compaiono anche in Manaresi, II, n. 168, (970 novembre 3), dove compare lo stesso Mainardo; Pasqui n. 76, (aprile 977) e Manaresi, II, n. 227 (maggio 996).

¹¹ Leyser 1994, p. 128, n. 15, identifica questo vescovo con Liutprando di Cremona. Su quest'ultimo vid. Chiesa 2015.